

H_z. Sigismund von Österreich erneuert und erweitert seine Appellation vom 13. August 1460 an einen künftigen Papst, ein künftiges Generalkonzil und das christliche Volk. Von seinem kürzlich von der Kurie zurückgekehrten Gesandten Lorenz Blumenau habe er erfahren, dass der Papst seinen Gesandten kein Gehör gewährt und ihn stattdessen bedroht und verfolgt habe. Die ihm nur aufgrund von Gerüchten bekannten Kirchenstrafen gegen ihn und seine Anhänger seien daher nichtig.

Kopie (gleichzeitig): INNSBRUCK, TLA, Sigm. IX 62 f. 220 (Nr. 144; = I₁); ebd. Sigm. IX 62 f. 223 (Nr. 146; = I₂); BERNKASTEL-KUES, StiB, Cod. Cus. 221 p. 171f. (= K¹); BOZEN, StA, Codex Handlung (ehemals: INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 313^r-317^v (= H).

Regest: Jäger, Regesten I 326 Nr. 330 (nach Codex Handlung).

Erw.: Jäger, Streit II 119f.; Voigt, Enea Silvio III 377; Joachimsohn, Gregor Heimburg 189f.; Pastor, Geschichte der Päpste II 146; Boockmann, Laurentius Blumenau 176; Bäumer, Nachwirkungen 138; Watanabe, Humanism in the Tyrol 196; Hicksch, Gregor Heimburg 34; Schwitalla, Deutsche Flugschriften 164; Becker, Appellation 169; Becker, Streit der Juristen 93.

Unser Text folgt der Abschrift I₁.

Vor einem öffentlichen Notar und vor Zeugen erscheint H_z. Sigismund persönlich, legt eine Appellationsschrift vor, lässt sie durch den Notar verlesen und bittet um Ausstellung der Apostelbriefe. Der Tenor der Appellation lautet:

,Cum eterni iudicis tribunal illum reum non habeat, quem iudex humanus inique condemnat²⁾, testante propheta, qui ait: ,Nec condemnabit eum, cum iudicabitur illi³⁾, eo quod eius iudicium infallibili innitetur veritati, humanum vero iudicium nonnumquam gracia et favore pervertitur, idcirco provocacionis et appellacionis variique recursus et refugii remedia in subsidium oppressorum sunt adinventa. Hinc est, quod nos Sigismundus dei gratia Austrie, Stirie, Karinthie et Carniolie dux comesque Tirolis etc. cum querela proponimus et dicimus, quemadmodum die mercurii tredecima mensis augusti anni presentis a nonnullis gravaminibus et oppressionibus nobis a sanctissimo in Christo patre et domino nostro Pio papa secundo male et iniuste informato comminatis, illatis et inferendis ex iustissimis et verissimis causis provocavimus et appellavimus eamque publicari et insinuari mandavimus⁴⁾, quam hic pro presentis provocacionis iustificacione de verbo ad verbum habere volumus pro inserta, de quo eciam publice protestamur.

Nunc vero nondum decem elapsis diebus ab egregio nobis fideli dilecto Laurencio Blumenaw⁵⁾, in utroque iure doctore, consiliario et oratore nostro, quem ad sanctissimum dominum nostrum prefatum, ut sanctitatem suam melius et verius informaret, miseramus, ad nos revertentem didicimus rem gestam prius ad nos fama vaga delata esse verissimam, de qua nedum ammiracionem, sed et stuporem receperimus, videlicet quod ipsi oratori nostro nostraque excusacio contra illius sancte sedis solita benignitatem et clemenciam ab ipso domino papa non solum denegata existit, sed eciam, dum ex nostro mandato provocare ac appellacionem per nos alias interpositam insinuare voluit, eum nimis affecit carcerem sibi pro apostolis comminando ipsumque ad nos redire parantem ad instanciam cardinalis tituli sancti Petri ad vincula⁶⁾ arrestari fecit, qui heresis suspicione ipsum innocentissime maculare desiderans, eo quod sanctitatem suam de facti qualitate, in qua eciam Romanus pontifex sepe fallitur, de mandato nostro informare voluit, confictam contra ipsum actionem movere pretendebat, necnon adeo ipsum persecui permisit, quod cum difficultate mortis evasit periculum.

Similiter contra nos, prout rumore incerto et vagabunda relacione didicimus, ad nonnullarum penarum et censoriarum declaracionem et publicationem sanctitas sua, quamvis nulliter et de facto processit, quod utique iure swadendo minime fecisse credimus.⁷⁾ Si dictum oratorem nostrum, quemadmodum debuit, audivisset, ymo et hodie, dum et quando plene auditи fuerimus, ex iustissimis et rationabilissimis causis luce meridiana clarioribus deducere et ostendere possumus et volumus, declaracionem penarum et censoriarum sive penas et censuras pretensis huiusmodi, sic ut premittitur, contra nos et nobis adherentes

³ eterni: etenim H. ⁵ iudicium: fehlt I₁, I₂. ¹⁰ inferendis: infelicitis I₂. ¹¹ pro presentis: per presentes H. ¹⁴ ab: fehlt H. ¹⁵ et oratore: fehlt I₂. ¹⁶ miseramus: ministravimus I₂. ²¹ ipsumque: ipsum H. | tituli: fehlt H. ²² desiderans: desideravit I₂. ²⁸ swadendo: suadendum H. ²⁹ rationabilissimis: rationabilibus H.

spirituales et temporales taliter, qualiter declaratis et publicatis aut, si publicate et declarate fuerint in futurum, ipsius sanctissimi domini nostri pape sedisque apostolice honore semper salvo de iure fuisse et esse nullas, iniquas et iniuriosissimas nosque ac nobis adherentes, ut premittitur, minime ligare.

35 Et quia ex premissis et aliis causis certum est, quod securitas experiundi usw. wie Nr. 6291 Z. 108-139.

Der Notar stellt daraufhin pflichtgemäß die littere testimoniales aus. — Zeugen: Steffanus Stainhoren⁸⁾, Brixner Kanoniker, Jacobus ze Rein, miles, Marcus Amelung, Laien der Diözesen Basel und Würzburg. Notarielle Ausfertigung durch Martinus Marquardi, von kaiserlicher Autorität öffentlicher Notar.

35 ex premissis: expressis I₂.

1) *Überschrift: Copia tercie appellationis Sigismundi etc.*

2) *VI 2.14.1, ed. Friedberg II 1077. Vgl. oben Nr. 6273 Z. 6.*

3) *Ps. 36.33.*

4) *S.o. Nr. 6291 (1460 August 13).*

5) *Lorenz Blumenau, herzoglicher Gesandter. Zu seinem Auftritt im Konsistorium am 4. August 1460 und zu seiner abenteuerlichen Flucht aus Siena s.o. Nr. 6277-6280, 6289f. Er war offenbar kurz zuvor wieder in Innsbruck eingetroffen. Am 18. September 1460 erhielt sein Fluchthelfer eine Belohnung aus der herzoglichen Kammer; INNSBRUCK, TLA, Oberösterr. Kammerraitbuch 1 (1460/61) f. 261r: dem wirt Marxen von Florentz, der doctor Lorentzen her gefürt hett: 12 fl. Vgl. Boockmann, Laurentius Blumenau 174.*

6) *S. die entsprechende Supplik des NvK Nr. 6279.*

7) *S.o. Nr. 6281 (1460 August 8). Die angebliche Unkenntnis der verbürgten Kirchenstrafen rechtfertigte deren Nichtbefolgung. Hz. Sigismund verbot am 6. September 1460 die Publikation jeglicher gegen ihn gerichteter Dokumente; s.o. Nr. 6281 Anm. 2.*

8) *Stefan Stainborn, Brixner Domherr. Er hielt sich damals in Innsbruck auf, um sich die Pfarrei Fügen zu sichern; s.o. Nr. 6343 (1460 September 6). Vgl. jedoch unten Nr. 6382 Anm. 14, wo die Zeugenschaft Stainborns abgestritten wird.*